In Nomine Dni Amen

ad perpetuam rei memoriam SIGismundus Augustus Dei grá Rex
Poloniæ, magnus Dux Lituaniæ. necnon terrarum Cracoviæ, Sandomiriæ,
Siradie, Lanciciæ, Cuiaviæ, Russiæ, Prussiæ, Mazoviæ, Samogitiæ, Cul:
men, Elbingen, Pomeraniæ, etc. dñs et hæres. Manifestum facimus tenore præ:
sentium vniversis et singulis, pñtibus et futuris harum noticiam habituris.
Quia cum retulissent coram nobis, famati Proconsul et Consules totaqz
cõmunitas Civitatis nostræ Vielicien, esse apud illos quasdam observatio:
nes iusticiæ multorum perniciosas. Supplicassentqz nobis, vt tempore fæ:
licis regiminis nostri, eas ipsas observationes abrogaremus et aboleremus,
iusticiæqz ipsorum conservan benigne consulere dignaremur. Nos qui
omnes subditos nostros, iusta à nobis petentes ad benignam exaudicionis
grám admittere, eorumqz iusticiæ et incremento cõmuni consulere solemus,
iusta huic supplicationi annuen, cõmiseramus ipsis Proconsuli et Consu:
libus ac civibus nostris Vielicien præfatis, vt omnibus eiusmodi observatio:
nibus iniquis et illicitis, in publicam ipsorum consultatione relatis, constituerent
et concluderent. Ea quæ ad conservandam et retinendam ipsorum iu:
sticiam, ad abolendasqz ipsas iniquas observationes conducere viderentur.
tur. Nobisqz tandem illa præsentarent. Quod cum illa alacri animo su:
scepissent, confecerunt vnanimi omnium ipsorum voto et assensu, Arti:
culos infrascriptos, eosqz nobis bene examinatos perpensos ac discussos,
obtulerunt, Supplicantes vt illos in Privilegium redigere authorita:
teqz nrá Regia approbare, ratificare, et confirmare dignaremur.
Quorum quidem articulorum tenor est talis.

Actum et conclusum per Consulatum, ac totam cõmunitatem
Civitatis Vielicien feria secunda post festum sancti Ioannis Baptistæ
proxima Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo. Abo:
lentes consuetudinem antehac in præiudiciũ et gravamen Nepotum sub
prætextu cuiusdam Laudi, quod nusquã habebatur, in Civitate servatam,
tollentqz omné super hac re dubietatem, Consules vna cum tota cõmuni:
tate et senioribus contuberniorum, decreverũt et concluserũt, ex nunc
futuris temporibus in Civitate Vielicien perpetuo servan. Quod Nepotes et

Neptes sexus vtriusq; ex filio & filia progeniti succedere debent. loco parentũ suorum mortuorum, in percipiendis bonis omnibus mobilibus & immobilibus, Aui vel Auiæ. ita videlicet, intelligendo quod. si filius tempore vitæ patris vel matris suæ, matrimoniũ contraxerit, vel filia marito elocata fuerit, legitimaq; relicta prole viuente patre vel matre, è vita excesserit, pueri vtrorumq; tam filij quam filiæ, mortuo Auo vel Auia, in hæreditatem eorum succedent, sortemq; ac partem vnam, quam pater vel mater eorum percipere debuerat, tollent. Defalcato tamen in primis eo. quod pater vel mater huiusmodi liberorum tempore vitæ suæ de bonis parentum acceperat.

De Nepotibus vero ab emancipatis filijs vel filiabus procedentibus, hoc est quorum pater vel mater coram aliquo officio Consulari vel iudicij bonis abrenunciauerit, paternis vel maternis secus erit intelligendum, Tales enim in bonis Aui vel Auiæ hæreditare vel succedere minime poterunt. Quum nec parentes eorum si superuixerent ex eo. quia successioni abrenunciarunt, quicq; perciperet, nisi filij non emancipati vel eorũ hæredes, seu descendentes deficerent. Illis enim deficientibus filij emancipati vel ab eis descen. succedet, parentibus suis, & in huiusmodi successione omnibus colateralibus quantumcumq; proximis præferendi erunt. emancipatione huiusmodi illis minime obstante.

Si qui vero forsan ante hac in successione huiusmodi Nepotum commissi fuerunt errores, per iam præsens Statutum minime quicq; actionis occasione huiusmodi successionis innouari à quoquam debebit. laudũ etenim istud non in præterita sed in futura deriuabitur.

Preterea ad precludendam viam dificultatum quæ in Ciuitate origebantur vel oriri quomodo possent. occasione paraferne, suppellectilisq; vxore mortua relictæ, conclusum vna cum tota cõmunitate est perpetuo in Ciuitate, à quouis hominum seruanũ. quod quandocumq; vxor alicuius Ciuis ab hac luce decesserit. relictis pueris filijs vel filiabus vno vel pluribus. Et tunc paraferna omnis quæ gerada vulgo dicitur, suppellectilisq; tota quocumq; nomine vocetur, non ad aliquem alium, nisi ad maritũ & pueros ipsius cuiuscumq; sexus fuerint. pertinere debet, alijs omnibus dictæ mortuæ propinquis sororibus cognatis, penitus exclusis, puerisq; tandem ab hac luce decedentibus, illud totum vt iuris est patri cedet.

Si vero vxor mortua prolem non reliquerit extūc id totum quod ad parafernam seu ad geradam spectat vel spectari iure cernitur, quod ipsa secum in domum mariti importauit, eaq; viuente interim à se non alie-nauit, vel temporis longitudine contrita & consumpta non sunt, sorori dictæ mortuæ aut propinquiori in linea cognatæ, per maritum extra-datur. Alia suppellectili in Auro & Argento, clenodijs, pecunijs paratis, ac alijs omnibus rebus per eandem in domum mariti importatis, à maxi-mo ad minimum, quæ ad parafernam seu geradam non pertinent circa maritum vxoris mortuæ remanente. Pro quibus omnibus à propinquis maritus ipse nullo modo impeti debebit. verum illa maritus libere pro libitu conuertet suo, eximde rationem faciendo.

Hoc etiam præcauto q; soror illa vel cognata que geradam huius-modi accipere debebit ex hijs quæ acceptura erit, maritus mortuæ re-linquere debebit, id quod ius disponit, hoc est lectum, strata lecti, ac alia in iure descripta. Illa etiam omnia quæ vir vxori ante & post nupti-as pro decore & ornatu suo emit & comparauit in Auro & Argento, vestimentis, Clenodijs, monilibus, ac alijs omnibus rebus nullis exceptis, inter parafernam seu geradam, nequaq; computari debebunt, verum mor-tua vxore ea omnia vir apud se tanq; propria retinebit, nec pro eisdem respondere tenebitur. Si vero maritum prius q; vxorem mori conti-gerit, siue extabunt pueri siue non, paraferna omnis ac suppellectilis to-ta, quam secum vxor importauit, tum & illa quæ maritus ante & post nuptias sibi dedit, coemit, & comparauit, in Auro & Argento, Clenodijs, vestimentis, & id genus rebus apud relictam viduam remanere debebunt, & pro libitu ipsius conuerti.

Item in declarando amore coniugali remunerandaq; fidelitate vnius coniugis erga alium. Quicquid maritus vxori suæ, aut e contra vxor viro suo tempore vitæ suæ, siue extantibus pueris siue non extantibus, bonorum mobilium dederit, donauerit, inscripserit, aut super aliqua hæreditate reformauerit, firmum esse debebit, nec per quempiam quocunq; prætextu immutari poterit.

Donationes etiam mutuæ quas coniuges prole carentes inter se facere conuenerint vti iustæ & consentaneæ, immobiles firmæq; manere debebunt.

licitumque erit marito vxori suae, & econtra vxori ipsi marito suo,
prole carentibus, coram officio Consulari, aut iudicio bannito bona
omnia mobilia & immobilia, à maximo ad minimum, nullis exceptis
& exclusis, quocumque nomine vocentur, quae actu habuerint vel
habituri sunt, siue huiusmodi bona sint ex parentibus haereditaria,
ex aliaque successione quacumque deuoluta, siue labore proprio parta,
sibi inuicem mutuo dare, donare, resignare, per illum coniugem, qui
alteri superuiuet, haben. tenen. ac haereditarie possiden. de eisque dispo;
nen. secundum eius beneplacitum, absque cuiuuis contradictione, nec
per aliquem donatio huiusmodi infringi poterit,

Vltimarum voluntatum. ordinationes seu testamenta siue sint ma;
nifestae sed in publico coram officio Consulari seu iudicij facta,
siue etiam oclusa & obsignata, tempore perfectae sanitatis, vel in lecto
egritudinis ad iudicium seu officium Consulare per testatores sub
sigillis praesentata, ac imposita, Ita quod testatores ipsi in ea impositione
eorum declarauerint, aperte vltimam suam voluntatem in eis conti;
neri, postulauerintque, vt secundum intro contenta post mortẽ suam
omnia disponãtur perpetuis temporibus, robur & firmitatem ha;
bere debebũt, dum modo nihil contineatur in eis quod iuri Ciuili
& plebiscitis Ciuitatis repugnare videretur, In huiusmodi itaque testa;
mentis siue manifestis siue oclusis & obsignatis, quicquid vir vxori
suae & econtra vxor viro suo aut alicui extraneo in bonis mobilibus
dederit, donauerit, inscripserit, super haereditate reformauerit, in pia
opera legauerit, debitum recognouerit, Executores pro libitu elegerit
statueritque: ac alia ordinauerit, firmum esse debebit, nec per aliquẽ
haeredem propinquum amicum aut extraneum quecumque poterit imu;
tari vel impugnari, Hoc etiam praecustodito, quod si forsan in testa;
mentis eiusmodi apertis vel oclusis, reperta fuerit vel repertae fuerit,
vna aliqua particula vel plures, quae iuri cõmuni vel laudo Ciuita;
tis repugnare viderentur per eas vel vnam illarum totum illud testa;
mentum non debet infringi & annihilari, sed illa vel illae duntaxat
particula vel particulae quae iuri vel laudo Ciuitatis fuerit contraria,
vel fuerint contrariae, erit reiicienda vel reiiciendae, alijs omnibus in

eiusmodi testamentis contentis in robore suo remanentibus salvis.
Hereditates tamen & bona immobilia testamentis in lecto ægritudi:
nis confectis etiam clausis & obsignatis ad officiumque impositis, aliena:
ri á propinquis non poterút, id enim contra iura & æquitatem fieri vi:
deretur. Summæ vero pecuniariæ in eiusmodi bonis hæreditarijs testa
mentaliter pro arbitrio testatoris poterút inscribi & legari.
Tempore etiam suspecto pestis si vir vel mulier iudicium seu officium
Consulare habere non possit, coram quibus testamentum & voluntate
suam declararet, adhibitis duobus vel tribus ex senioribus contuber:
niorum, vel alijs vicinis suis hominibus probis, coram eis voluntatem
suam declarabit, & illi tandem coram officio voluntatem illam sub
iuramentis recognoscent, ordinatioque eiusmodi in quantum non con:
tradicet, iuri cómuni ac laudo Civitatis Testamenti robur obtinebit,
ac si coram officio Consulari aut iudicij facta fuisset, in librumque
Civitatis adscribitur. SI quis vero ausu temerario pro se vel ali:
quem alium quovis exquisito colore ea prænominata infringere vel
eis quovis modo contraire, aut contra dicere fuerit ausus, talis tanquam
violator iuris cómunis puniri debebit. Præterea parcendo impensis
quas non modicas creditores in consequendo debito circa arresta
& terminorum iudicialium astitiones cum magno & dispendio &
damno, facere cogebantur, terminos prœcustodientes iudiciarios.
Ita cómuni omnium voto conclusum est, quod si quis creditorum bona
mortui debitoris arrestum fecerit hæredesque eiusdem mortui debitoris
minorénes fuerint, hoc est annos discretionis non habentes, debi:
tumque huiusmodi, pro quo arrestatio fuerit facta, manifestum li:
quidum ac probabile erit, vel coram officio Consulari iudicij, aut
alterius officij inscriptum vel testamentaliter recognitum, etiam oc:
casione dotalicij relictæ viduæ, extunc astando primum ac secun:
dum iudicium cittari debebút Executores vel Tutores puerorum
ibidemque tercium iudicium admitti, per eos debebit non obstari, quod
pueri tunc erunt minorennes solutioque debiti subsequi secundum
quod bona se extendunt. Quod si debitum non fuerit liquidum
nec sufficienter probatum, hoc est si non erit coram aliquo officio

recognitum. sed super solos chyrographos qui quandoq3 detineri posűt,
vel alio quouis modo ostendetur, extűc facto arresto astando primum
& secundum terminos iudiciarios, Tercium iudicium bis precustodien
tandem in librum iudiciorum inscribi & annotari diligentia arrestantis
debebit, nec iam vltra terminos precustodire tenebitur, verum ita sub an:
notatione negocium stabit. quoad pueri ad annos discretionis peruene:
rint, quibus tandem citatis procedetur contra eos id quod iuris erit.
Interim vero bona illa sic arrestata diuendi aut quouis modo aliena:
ri, in dampnum creditorum minime debebunt, sed nec quicq3 sine scientia
eorundem creditorű de bonis huiusmodi disponi poterit. Res tamé
& merces arresto subiecto si quæ fuerint, quæ corrumpi viderentur,
sub testimonio bonorum cum scientia creditorum diuendi poterint, pe:
cuniaq3 ad iudicium reponi debebit. SI vero arrestum factum fue:
rit, contra debitorem, qui debitor vel fuerit profugus probariq3 po:
terit, sufficienter illum profugum esse, vt pote in claustro sese occul:
tare vel Saluum conductum á Mté Regia aut ab Ciuili seu alio
quocunq3 officio habere in dampnum creditorum, vel quouis alio
modo probatum fuerit, eum profugum esse, extűc post huiusmodi
probationem illi creditori qui arrestum fecerit, Tercium iudiciű
admitti debebit. ipseq3 ius suum super bonis profugi debit. vlterius Sal:
uiconductus quibuscunq3 minime obstantibus producere poterit,
quo peracto solutio ex bonis illis impendi sibi debebit in effectu.
Cautione tamen sufficienti facta, iudicio pro indemnitate quarumcunq3
personarum occasione talium bonorum arrestatorum ac iudicialiter
consecutorum. Quod si contra talem debitorem sufficiēter
probari non poterit, quod profugus sit, sed solum per tempus absente:
tur a Ciuitate, extűc arresto facto, astando terminos iudiciarios
primum & secundum, Iudicium tandem tercium incessanter pre:
custodire debet. ad annum & diem, Interimq3 intra tempus illud ci:
tatio ab Aduocato Ciuili accipi debebit ad citandum debitorem vbi
reperiri poterit, Post annum vero & diem si eum ad citandum pro
admittendo tercio iudicio habere non poterit, testimoniumq3 diligen:
tiæ suæ de quesito illo ad citandum & non inuento aliunde attulerit,

Tercium iudicium sibi admitti in bona eiusdem debebit & ibidem ius
suum perducere poterit, solutioque de debitis subsequi debebit, Cautione
itidem sufficienti iudicio facta, pro indemnitate, occasione huiusmodi
bonorum arrestatorum & per iudicium sibi adiudicatorum. Nos
itaque Sigismundus Augustus Rex praefatus, considerantes omnes &
singulos articulos praeinsertos esse iustos & rationabiles illos in omni-
bus & singulis eorum clausulis & punctis, approbauimus, ratifica-
uimus, & confirmauimus, approbamusque ratificamus & confirma-
mus, ac pro veris & rationabilibus legibus, & institutis Ciuitati no-
strae Vielicien. eiusque Ciuibus vniuersis, praesentibus & futuris perpetuo
obseruan. & censen. damus & concedimus, decernen. eos ipsos arti-
culos supra descriptos, ac omnia & singula in eis contenta deinceps
ad tempora futura robur debitae & perpetuae firmitatis obtinere debe-
re, tenore praesentium mediante. Harum quibus Sigillum nostrum praesentibus
est subappensum, testimonio literarum. Datum Piothrcouiae Sabbato
ante Dominicam quadragesimae proximo. Anno Domini millesimo quin-
gentesimo quinquagesimo secundo. Regni vero nostri vigesimo tercio,
Praesentibus Rmo. & Rndis. in Christo patribus Nicolao Dziergowski
Archiepiscopo Gnesnen. legato nato & primate, Andrea Zebrzidow-
ski Cracouien. Ioanne Drohowski Vladislauien. Andrea Noskow-
ski Plocen. Iacobo Vchanski Chelmen. Episcopis, Necnon Magcis.
Generosis & venerabilibus, Ioanne Comite a Tharnow Castellano Crac.
Exercituum Regni nostri campestri, ac Sandomirien. Stirien. Lu-
baczouienque, Petro Kmitha Comite in Vyssnicz Palatino Cracouien.
Regni nostri supremo Marschalco, ac Cracouien. Scepusien. Pre-
mislien. Colenque, Ianussio Lathalski Posnanien. ac Iuniwladislauien.
Sluchouienque, Martino Zborowski Calissien. Schidlouien. Odala-
nouienque, Spithkone de Tharnow Siradien. Brzeznicen. Krzepicen.
Ostrzessouienque, Ioanne a Cosczieliecz Brzesten. Naklen. & Bidgo-
stien. Petro de Dambrowicza terrarum Russiae generali, Radomien. &
Cazimirien. Andrea Comite a Thenczin Lublinen. Sniatinen. Roha-
tinenque, Nicolao Iarum de Brudzewo Lancicien. Felice Srenski
a Sokolow Plocen. Mariemburgen. Plocen. Lomzen. Visnensique

Andrea Sieprski de Gulczewo Rauen. Ioanne Dziergowski Mazo:
uiæ. & Vicegeren ac Varschouien Palatinis & Capitaneis. Erasmo
de Crethkow Gnesnen ac Psnoren. Petro Czarnkowski Calissien
Stanislao Maczieiowski Voinicen ac Zauichosten & Lubomlien, Spit:
kone Iordan de Zakliczin Sandecen Regniq; nostri Thesaura:
rio. Georgio Chonarski Miedzirzecen, Stanislao Mielieczki Visli:
cien. Valentino Dembienski Biecen. Stanislao à Thenczin Comite
Leopolien ac Belzen Castellanis & Capitaneis. Ioanne Ocieski Re:
gni nostri Cancellario. Succamerario, Burgrabioq; Cracouiensi,
Sandecen ac Olstinen Capitaneo. Ioanne Przerembski Regni nri
ViceCancellario Præposito Cracouien. Georgio Podlodowski Præ:
posito Sandomirien & Canco Cracouien. Ioanne Sirakowski Curiæ
nostræ Referendarijs. Philippo Padniewski Cantore, Martino Cro:
mero Canco Cracouien. secretarijs nostris & alijs quam pluri:
mis dignitarijs & officialibus nostris. Datum per manus præfati Ma:
gnifici Ioannis Ocieski. R. P. Cancellarij, Succrij, Burgrabijq;
Crac' Sandecen ac Olstinen Capitanei. Ioannes Ocieski R. P. Cancllri
SIgismundus Augustus Dei grá Rex Poloniæ, magnus Dux Lituaniæ.
Russiæ. Prussiæ, Mazouiæ. Samogitiæ. &c. dñs & hæres. SIgnifica:
mus tenore pñtium quorum interest vniuersis. Quia cum famati Consu:
les vna cum tota cõmunitate senioribus Contuberniorũ Ciuitatis nostræ
Vielicien conscripsissent & conclusissent ex nũc futuris temporibus
in Ciuitate Vielicien perpetuo seruan nõnullos articulos in vim iuris
perpetuæ consuetudinis seu plebisciti, quod Vilkor appellant, illosq;
nobis obtulissent, & vt illos admittere authoritateq; nrá Regia
approbare & confirmare dignaremur, debita cum instantia nobis
supplicassent, Nos eosdem articulos & conclusiones alijs nostris lris
desuper concessis, ratificassemus & approbassemus, in illorum toto,
tenore, illos in vim Priuilegij perpetuo fore obseruan, prout id in lris
nostris desuper concessis, extat scriptum. Quia tamen articulus
primus in nũero conclusionũ de successione filiorum & nepotum cen:
sebatur non nihil obscuritatis obtinere. vnde non paruum dubiũ
futuris temporibus suboriri & materia litigiorũ subditis nostris

prebere posset, quibus nos benigne prouidere cupientes eum ipsum articu:
lum sic declaramus & ab omnibus intelligi & practicari volumus.
eo pacto ut vezt Nepotes & Neptes sexus vtriusqz ex filio vel fi:
lia progeniti, succedere debent. loco parentum suorum mortuorum,
in percipien bonis omnibus mobilibus & immobilibus, Aui vel Auiæ,
pariter prout parentes eorum si viuerent, fuissent successuri, quam
constitutionem non in præterita verum in futura & p̄ntia extendi
volumus, Ita vezt. Quia omnia bona mobilia & immobilia morte
cuiuscumqz masculi vel fœminæ mortuæ in hac Ciuitate nr̄a Vieli:
cien vel extra illam vbilibet derelicta quorum diuisio & ordinatio
ante huiusmodi constitutionem non est sortita effectum, hoc est, occa:
sione quorum inter hæredes mortuæ vel mortui veridica decisio vel
transactio non est facta, nos declaramus & ita obseruari & practi:
cari volumus, vt diuisio huiusmodi bonorum derelictorum fiat inter
filios & filias huiusmodi mortui vel mortuæ. Nepotibus & Nepti:
bus illorum mortuorum ad eam ipsam diuisionem in locum paren:
tum suorum mortuorum admissis, ad percipien partem bonorum hu:
iusmodi quam parentes illorum si viuerent fuissent percepturi con:
suetudine contraria in præiudicium & grauamen Nepotum ante hac
obseruata & velut iniqua iam abrogata illis in huiusmodi perce:
ptione partis se concernen minime obstante. Quocirca vobis Pro:
consuli & Consulibus cæterisqz officialibus Ciuitatis nr̄æ Vielicien.
ad quos diuisio bonorum derelictorum inter hæredes mortui vel
mortuæ pertinet. Mandamus qt̄fus in diuidendis omnibus bonis mo:
bilibus & immobilibus morte cuiuscumqz masculi vel feminæ de:
relictæ, quorum diuisio hactenus facta non est, eam constitutio:
nem & declarationem nr̄am obseruetis & sed̄um illius tenorem
bona huiusmodi inter hæredes mortui vel mortuæ. Nepotibus vel Ne:
ptibus in locum parentum suorum admissis diuidatis illisqz partem
bonorum quam parentes eorum si viuerent, essent percepturi assigne:
tis & tradatis in effectum. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum
p̄ntibus est subappensum. Datum in conuentione gn̄ali Piotrcouien Sabbato an
Dominicā Lætare Anno Dñi millesimo quingentesimo quinquagesimo scdo Regni xxiij°

Joannes Ocieski
R. p. Cancel.

Rel. Mag.ci Ioannis Ocieski
R. P. Cancellarij Supremi
Burgrabijqz Craconien San:
decen & Olstinen Capitanei.

N.o 62 Visum

Plebiscitum Civitatis Vil-
ciensis semien S. Sigismun-
dum Augustum collatum

A.o 1552.

N. 19

Plebiscit

Lectum in Archivio Die
27 Janu. A.o 1761.

Scr…tum iam habetur in Donato
folio 172 etc.

Plebiscitum